4089.
HR


Claudius Christophorus [Lyschander],
Carmen Elegiacum continens
Seriem Familiae Krabborum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

Hs. 4089
DA Bot

= LN 1103

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

CARMEN ELEGIACVM

CONTINENS SERIEM ANTIQVÆ AC GENEROSÆ FAMILIÆ KRABBORVM,

& encomia præcipuorum Heroum illius gentis, qui noſtris temporibus floruerunt.

Dedicatum

MAGNIFICO AC GENEROSO HEROI, NATALIVM SPLENDORE, DOCTRINA, PRVDENtia & viua virtutis imagine præclariſſimo, Dno: NICOLAO KRABBE, Dno: de VEGEHOLM, artium liberalium fautori, Mæcenati ac patrono ſuo ſumma obſeruantia colendo.

per

CLAVDIVM CHRISTOPHORVM BRAM.

HAFNIAE
Anno Saluatoris 1581.

E

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

INSIGNIA CELEBERRIMÆ FAMILIÆ KRABBORVM



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

TE mea Muſa breui celebret domus inclyta verſu,
KRABBEOS dominos qui generoſa paris.
Namq́ per antiqui viguiſti tempora regni,
Nunc quoq́ precipuè clara decensq́ manes.
Scilicet in natis toto venerabilis orbe,
Heroum virtus, hæret & ipſe decor.

AT licet illa domus geſtis & honore perenni,
Inferior nulla nobilitate manet:
Non tamen initium tantæq́ propaginis author,
Querenti potuit cognitus eſſe mihi,
Sed puto quod quondam Danici cum nominis illa,
Inuoluit virtus, & generoſa ſtetit:
Et ſibi victrici labentia regna ſubegit,
Illa manu, rerum certa trophæa ferens:
Tum reor in Dania mauortius extitit heros,
Inter belligeros, qui tulit arma viros.
Is quia multa gerens fortiſsima bella ſequutus,
Egregia ſemper proſperitate fuit.
Accepit clypium certiſsima ſigna peractæ
Virtutis, teſtem perpetuumq́ ſibi.
Sic mihi (ſi phas eſt id coniectare) videtur,
KRABBORVM initium tum habuiſſe domum.
Inde diu fauſte multis venerabilis annis
Floruit, æternæ relligionis amans.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

Clara armis, opibuſq́ potens, celeberrima magnis
Ingenijs, quorum maxima fama viget.

Primus in hac ſerie, quem nos tetigiſſe licebat,
BVſtropius magno nomine, MAGNVS erat.
Ille ſuos ortus, & nomen adauxit auorum,
Et rebus geſtis & pietate ſua.
Namq́ animo vigili fortiſſima bella peregit,
Propellens patriæ triſtia fata ſuæ.
Inq́ Dei cœtus, & templa, gregeſq́ ſcholarum,
Omni munificus tempore fautor erat,
Sic quia perpetuo Chriſtum dilexit amore,
Viuit apud ſuperos, præmia certa ferens
Vxor ei BVGGI, fuit ELISABETHA, TYCHONIS
Filia, præclara nobilitate potens.
Hæc multos natos, & te MARTINE reliquit,
Poſteritas magni concelebranda viri.
Tu nihil aut acies: aut bellica ſigna moratus,
Legiſti vitæ nobilioris opus.
Inclyta diuini iuris decreta docebas,
In ſtudijs vitæ tempora dulcis agens.
Sed nunc ARHVSIA requieſcis in æde ſepultus
Coniunctus matri contiguuſq́ tuæ.

Proxi-

Proximus inſequitur TYCHO, ter maximus heros,
KRABBIACÆ columen, & noua ſtella domus.
Illius in cunctis, eſt fama notiſsima terris,
Et vincit proauos, exuperatq̧ ſuos.
Militis aurati fortiſsima ſigna gerebat:
MARSCHALCVM Danicæ nobilitatis agens.
Cum fera Scandiacas reſonaret bella per oras
SVETICA gens, flamma vindice cuncta petens.
Impiger acceſsit, Danos in prælia ducens,
Victamq̧ incurſu deijcit ille ſuo.
Iſta luce gemens HANNONIVS occidit AGO
Dux Sueticæ ſummus militiæq̧ caput.
Inq̧ manus hoſtis vexilla ſuprema recepit,
HAFNIACAq̧ ſtatim victor in vrbe locat.
Hinc fouit patriam, tranquillæ tempore pacis,
HELSINBVRGENSIS mœnibus arcis agens.
Sed noua confeſtim, commotio regna coëgit:
Et fremuêre dolo Teutones atq̧ Slaui.
Hos tamen egregio, domuit pater ille triumpho,
Eiectosq̧ ſolo, compulit ire domum.
Tu quoq̧ Norbiacæ princeps celeberrime gentis,
Magne SEVERE, Gothis qui pia iura dabas,
Qui SVECOS bello, FINNOSq̧ SLAVOSq̧ domabas
VANDALICISq̧ potens vrbibus hoſtis eras.
Hunc fugis: & retro vertentia terga dediſti,
Mœnia Romani Cæſaris, alta petens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

Inde pater patriæ, celebri cum laude vigebat,
Vltima dum vitæ, prodijt hora ſuæ.
Is fuit illuſtri variaq́ propapigine felix,
Filiolos numerans præcipuoſq́ duos.

Primus ERICVS *erat, nulli pietate ſecundus,*
Omnibus ingenio maior & arte potens.
Qui cunctis ſuperans facundæ munere lingnæ,
Vtilis in patria gente ſenator erat.
Nam dum ROMANIS, *Danorum inuadere regnum*
Mens grauis expulſi nomine regis, erat.
Ille ſub exorta molliuit origine rixas,
Cæſarij repetens inclyta regna ducis.
Romanumq́ loquens ex hoſte reliquit amicum,
Perpetuò Danis conciliando ſuis.
Sed quia perpetuò Dominum pietate colebat,
Auſcultans omni tempore rite Deo.
Ditauit, coluit ſacros ſine fine miniſtros,
Templaq́ munifica largus adauxit ope.
Nam Bibliothecam conſtruxit in vrbe Roenſi,
Inde iuuenti commeda multa ferens.
Talis erat, tali viguit cum laude beatus,
Nunc cum cœlicolis viuit in axe poli.

Ille

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

Ille REVENTLOVIA *veteri de ſemine duxit*
Vxorem, varijs quæ fuit aucta bonis.
Hæc auxit thalamum celebri caſtiſsima prole,
Quæ multis nunc eſt concelebranda modis.
Nomen aui TYCHO *ſeruauerat omine fauſto,*
Proximus eſt ſeriè GLOBINIANVS *ei.*
Det Deus omnipotens & qui regit æthera Chriſtus,
Semper vt auſpicijs creſcat vterq; bonis.

Altera progenies diui veneranda TYCHONIS,
MAGNVS *erat, veteris nomen adeptus aui.*
Conuenêre viro ſua nomina, magnus & omni
Excellens ſtudio magnificusq; fuit.
Is patris exemplo defendere limina terræ,
Optauit patriæ ſedulitate pia.
Atq; adeo natale ſolum dilexit, vt eius
Pro fama cuperet proq; ſatute mori.
Iam cœlo gaudeus, hanc dum ſeruare laborat,
Cœleſtem patriam perpetnamq; tulit.

Illius vxor erat gentis CATHARINA GEDANÆ,
Nobilis ac animo ſplendidiore nitens.
Hos igitur numerant magna cum laude parentes,
TYCHO, IACOBVS, TACHELIVSQVE *minor.*

Tu

Tu quoq; NICOLEOS, heros celeberrime gentis,
Qui reliquis annis maior es, inde ſatus.
Tu ſtudijs veris, multaq; indagine rerum,
Clarus es, & verè nobile nomen habes.
Iamq; videris auis, quorum digniſsima fama eſt,
Nec virtute tua, nec probitate minor.
Iam te tanta domus, te tam ſpecioſa reliquit,
Tutorem generis præſidiumq; ſui.

Viue igitur felix, heros celeberrime ſemper,
Viue decus patriæ nobile, viue diu.
O vtinam celebrem quæ nunc eſt maxima, poſſes,
Tu quoq; multiplici prole, beare domum.
Florentem vt cœtum, cum nos moriamur habebis,
Qui ſeruet clarum, magnificumq; genus.

HAFNIÆ

Imprimebat Andreas Gutterwitz.
Anno 1581.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)

4089.

foto 169318

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4089 4°. (LN 1103)